

**De claudendis aedibus peste infectorum, ... / disputationem solemnam  
eruditorum examini exhibet M. Joh. Philippus Saltzmann ... respondentem  
Martino Lutherio Fasterling ... LL. stud. ... Ad diem 26. Augusti, A.O.R. M D C  
LXXXI.**

### **Contributors**

Saltzmann, Johann Philipp, active 1681.  
Fasterling, Martin Luther, -1717.  
Universität Altdorf.

### **Publication/Creation**

Altdorffii : Literis Henrici Meyeri, [1681]

### **Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/jdz3x4fj>

### **License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>

C. B. D.

*De*

CLAUDENDIS ÆDIBUS  
PESTE INFECTORUM,

*AMPLISSIMA*

FACULTATE PHILOSOPHICA

CONSENTIENTE,

In Celeberrima NORICORUM UNIVERSITATE  
*DISPUTATIONEM SOLENNEM*

Eruditorum Examini exhibit

1. JOH. PHILIPPUS *Salkmann*/  
Argentoratensis,

*RESPONDENTE*

MARTINO LUTHERO FASTERLING,  
Norimb. LL. Stud.

*In AUDITORIO MAJORE,*

*Ad diem 26. Aug<sup>ti</sup>, A. O. R. clo Is c LXXXI.*

horis solitis.

---

*ALTDORFFI,*

LITERIS HENRICI MEYERI,  
Universit. Typographi.

Digitized by the Internet Archive  
in 2019 with funding from  
Wellcome Library

<https://archive.org/details/b3076631x>

*Cum D<sup>E</sup>O!*  
**DISSERTATIO**  
*De*  
**OCCLUDENDIS ÆDIBUS  
 PESTE INFECTORUM.**

**PRO O E M I U M.**

**N**on unam tantum morborum esse speciem, quæ more contagionis, longe lateq; serpit, atq; juxta Medico-  
 rum quidem doctrinam ex corpore eō morborum ge-  
 nere laborantis in aliud etiam rectissimè valens deri-  
 vatur, ii sine dubio norint exactius, quibus uno vel  
 altero ex illis modo infectos videre homines conti-  
 git. Sane in hunc numerum, ut alios nunc præteream,  
 vir multæ experientiæ magnæq; eruditionis D. Sennertus de Febr.  
 lib IV. cap. i. p. 372. refert scabiem, phthisin, luem venereum, le-  
 ram & pestem. Ex omnibus autem hisce principem non immerito lo-  
 rum obtinere morborum caput, pestem intelligo, aliquis dixerit. Sic-  
 it enim magnes ex mirabili naturæ suæ efficacia solo ferri contactu  
 vim ei suam communicat; aut uti ignis naphtæ propinquus velocissimo  
 ursu eam accedit; & candela fumigans accensæ candela admota  
 lammam concipit; tam subito tantq; vehementiâ pestis vim suam  
 aliis corporibus iisq; sepe innumerabilibus imprimet. Exemplo si id  
 probare vellemus, Soli lucem affundere laboraremus. Dolet id, dole-  
 bitq; perpetuò Hungaria, suo se exemplo id confirmasse clarissime;  
 lolet quoq; Germania, atq; in ea Sedes Imperatoris augustissima Vien-  
 ia, & Praga Regis Bohemiae, Electoris Saxonici Dresden, Ejusq;  
 Universitas Lipsiensis celeberrima, siccō oculō tantam cladem suam  
 afficere aut aliis narrare nunquam possunt. Obversatur adhuc ani-

mis nostris tristissima imago harum urbium, quæ diuturno acerbissim  
que luctu suorum civium mœrent interitus flebiles; platearum quoq;  
litudinem tot cadaverum ruina horrido nimium spectaculo adhuc q;  
si intuemur. Neq; illud jam turpi dedimus oblivioni, quanto clam  
ac ejulatu ſepe peste hâc obruti anhelaverint anxie auxilium in fu  
ma afflictione ſua quod tamen nec pater, nec mater, nec filius, aut re  
qui propinqui, quam cupidissime etiam voluiffent, ferre iis valeba  
Neq; memorabimus in quanti angustiis, terroribus ac tristitia ꝝ  
versabantur, qui nondum quidem hoc fœdissimo malo infecti, om  
tamen momento vehementissime timebant, ne pestiferâ sagittâ per  
terentur. In bac autem luctuosissimâ tot hominum plagâ ac strag  
plurimi quidem meditabantur, omniq; opera excogitabant mea  
avertendi bujus mali à laribus suis. Alii quippe publicis privati  
precibus minimeq; fucatâ pœnitentiâ Divinam misericordiam ex  
rare tentabant; alii confilia Medici avidissime implorabant; int  
rea Magistratus prudentia plerosq; suis includi jussit & dibus infect  
Nos vero remedium illud Theologicum, preces nempe cum verâ pœn  
tentia juntas, ut ꝝ medicinam Medici à Deo ordinatam, uti ne  
possimus non approbare; ita quum ſvasu Præceptorum Exercitii Ac  
ademici loco aliquid conscribendum eſſet, Mandatum illud Magistr  
atus in obſerandis infectis & dibus examinabimus debitâ modestiâ, qua  
ntum ꝝ temporis angustia, librorumq; ad hoc negotium necessarioru  
penuria concedere videtur. Quum vero nullus Autor hactenus in no  
ſtras venerit manus, qui hanc materiam ejusq; varias circumſtantias  
ex professo, ut ajunt, tractandos ſibi sumferit, nos difficultate quide  
thematis ab ejus tractatione principio abhorruimus, necessitate ver  
dein illius, raritate & utilitate convicti, quamq; his temporibus apti  
ſima ſit considerantes, vires noſtras in ea experiri non dubitavimus  
Duobus igitur Capitibus totum includemus negotium. I. Explica  
turi Modum occludendarum & dium peste infectarum. II. Justitiam  
rei ex sententia Philosophorum, Medicorum, Jutorum & Theologo  
rum demonstraturi. A TE vero, Humanissime Lector, meliora edoti  
sequamur judicium Tuum lubentissime; interea noſris quæſo conatibus  
ſave. Ut autem eò felicius hic laborcedat, adſit alma TRIAS!

## CAPUT I.

*Modus obserendarum ædium peste  
insectarum.*

**N** describendo modo, quo uti solet debetq; in Republica benè constituta tempore pestis prudentissimus magistratus in occludendis ædibus hac lue correptis, non exspatiabimur in amplum campum, differentes de Peste, Ejus Natura & Causis variisq; Præservativis; ea nim omnia Medicorum examini relinquimus, invenimusq; jam satis bunde & accuratè in eorum libris explicata. Nos vero, ut permanemus intra justos limites nostræ quæstionis, & quò minus à viâ veritatis berremus, rem totam secundum quatuor Causarum genera examinamus, nempe 1. juxta Causam Efficientem, 2. Materialem, 3. Formam, 4. Finalem.

**I. CAUSA EFFICIENTIS.** Illa autem non est persona Privata, e.g. consanguinei, amici, vicini, aliiq; concives, qui fortè ex metu periculi, Causa Efficientis. pestis in eos quoque graffetur, domum, in qua eodem morbo labo- nus habitat, privata solum autoritate claudunt serâ quadam; sed frustra, *Non est pri-* via ab habitatore illarum ædium, vel ab aliis sine injuria potest domus *gatus.* erum aperiri. Imò incola domus facile rixas movebit & altercationes, nonnunquam etiam vi oppugnabit eos, qui eum à confortio aliorum conantur excludere. Non enim privatus quà privatus habet potesta- m, nisi in se suaq; bona, nunquam vero in jura alterius & facultates, t ea auferat aut examinet, si non in casu extremæ necessitatis, ubi præ- cipit à seipsa, quæ conservationem nostri imperat, jus quasi aliquod competit in alium, e.g. tempore incendi licet ædes dejicere; item tâ proximum privare in moderamine inculpatæ tutelæ; *Grotius J. B.* P. I, 3, 3. num. 3. & II, 2, 6. n. 3. Quia vero cum pestilentia con- stans non præ aliis hunc vel illum egressu suo è domo lædere aut in- cere tentat, sed quemvis in civitate sibi obvium attingit; & si fortè se solus peteretur ab infecto, suas vel occludere posset ædes, ubi ejus cessum observat, vel fugere in alia loca; habet enim media alia, quam ad hoc violentum accedat, non igitur extrema est necessitas. Quia ero totius civitatis salus in ambiguo est, ne malum hoc per mutuum confortium propagetur, ideo publico Magistratui competit providere *Sed publicum civium bono,* ne ab uno tota civitas decrementum patiatur. *cus Magi- stratus.*

Non vero tantum debet procurare tempore pestis, ut periti Medici ad hibeantur, pharmacopolia visitentur, mortui citò sepeliantur, advenae ex locis venenatis arceantur, ignes & suffiniua publica parentur, tabernæ carnariæ perlustrentur, & præfecti victualium jurejurando obstringantur, ne quid putridum, corruptum vel mortuum venundetur; sed & ut infecti separentur, & pro ratione circumstantiarum obseruentur. *M. Stockmann.* Hodoget. pestilent. sacr. quæst. 9. p. m. 72. Idq; exequatur Magistratus per certas personas autoritate publica munitas.

## II.

## Causa

Materia-  
lis.

*Non est 1.*  
*apparenter  
infactus.*

*Neg. 2. su-  
perior Ma-  
gistratu lo-  
ci.*

*Neg. 3. Ma-  
gistratus in  
Monarchia.*

*Neg. 4. Mi-  
nister inti-*

Pergimus nunc II. ad CAUSAM MATERIALEM seu subjectum in ædes includendum, quod non est (1.) quivis apparenter infactus. Quando enim pestis urere incipit urbes aut pagos, facile illi etiam qui febre laborant maligna aliochè morbo, in quo venenum deprehenditur fortius, contagioq; est, peste ægrotare dicuntur; unde hic prudenter Medici accurata opus est. Quanquam antea laudatus *Sennertus* Tract. de Febr. IV. 4. p. 415. judicat, quando ait: præstat tunc nimis cautum esse & suspicacem, quam temerarium, &c. l. c. cap. V. p. 423. Si quis de peste suspectus sit, quanquam non adsint signa demonstrativa, præstat hic nimis esse meticulosum, quum totius Reip. salus hic agatur.

*Neg. (2.)* Subjectum hoc casu esse potest in domo sua publico costodiendum, qui est superior Magistratu loci; quia enim nullum cedit inferiori in se imperium, ita multò minus violentam sui inclusionem patitur. Verum mavult ipse, si pestilentiam in aliqua urbe seminata sua exerere audit, prudenter fugâ salutem suam suorumq; querere, in que salubriora loca se conferre; quod si tamen non facit, neq; morbus tali correptus ædes suas publico mandato obsignari vult, cogi potest;

*Neg. (3.)* ut civitate egrediatur. (3.) *Neg. Magistratus in Monarchia*, quia ipse Dominus territorii, nullus enim mandato eum obstringere potest, aut ad aliquid agendum vel patiendum vicogere, nisi suadere ipsi, ut omne consortium, quantum licet, fugiat, & interea alii in suâ stirpe, quem ordinis consanguinitatis, vel ob graves sœpe causas consilium Consiliariorum & salus publica dignissimum credit, imperii fasces committat. Alias suspicio aliqua esset rebellionis, quæ Principis personam captivaret. In Aristocracia verò vel Democracy, ubi summa potestas non in uno residet, ita flagitante Reip. bono poterit aliquantum temporis, ut domus suæ limitibus se coërceat, ipsi mandari, præcipue quia interea carere ejus

potest præsentia Respublica. (4.) *Neg. rigor hic observari debet erga Minister inti- Ministrum Principis vel Civitatis intimam & quotidiano & maximè*

necessario usui destinatum, in hoc casu si ædes ejus nullius paterentur introitum, & nihilominus si non functionibus, consilio tamen ejus opus iabeat Respubl. prudentissimo, quum tales maximus sæpe imperii theaurus, sceptriq; fulcrum sunt, docente *Lipst. Polit.* III. 3. num. 5.6. hoc nodo, quando pestis vis nondum adeo contagiosa, ipseq; Minister viibus suis gaudet, privilegium hoc in utilitatem totius civitatis potest i concedi, ut non in principio statim morbi arctissimè includatur, exitus umen è domo sua non concedendus. *Neg.* (5.) etiam *in domo habitantes,*  
*videm peste infecta habitantes, sed qui tamen diu ejus neque colloquio sed qui dim*  
*eq; consortio utebantur, includantur, sed si fieri poterit educantur ex cum infectio*  
*ædibus, atq; in loco salubriore detineantur, ut manifestum fiat, an aliquid non conver-*  
*eneni hauserint ex domo priore.* *Neg.* (6.) illi, *quibus gratia Magi-*  
*ratus ex singulari privilegio concedit, ut secessum faciant in locum, ubi bus gratia*  
*animalium tamen non possunt disseminare, ipsorum vero diligentior habe-*  
*tur cura.*

Subjectum vero ædibus includendum absolvitur reliquis omnibus, uæ pestis tangit, eaque sunt partim *animata*, partim *inanima*. *Ani-*  
*mata vel rationalia, vel sensitiva, vel vegetativa.* Rationalia sunt homi-  
es, qui vel curam ægroti habent, vel multum cum eō fuere conversa-  
, & liberè in ejusmodi ædibus manent, vel ex coniunctione naturali,  
t pote parentes, maritus, uxor, sponsus, sponsa, frater, soror, liberi; vel ex  
micitia civili, ut amici & vicini: *Irrationalia* seu sensitiva sunt omnes 2. *Irration-*  
estiæ, quæ hactenus in domo infecta vixerunt, & facile morbum in se nalia.  
uoq; vel ex aëre veneno, qui in illâ domo hinc inde spirat, vel ex  
contactu rerum mobiliū aut ciborum, quibus utitur ægrotus, venenum  
trahere potuerunt. Hæc bruta omnia reservari debent in certo ædium  
eo, ne liberū habeant exitum & introitum, aut ejusmodi animalia  
omestica tutius occiduntur. Licet enim sæpe feles, canes, gallinæ, co-  
imbæ & similia, quæ non raro solent undiq; attingi, ab hoc contactu  
on femp̄ intrinsecus corruptantur, facile tamen pestis in exteriori-  
us corporis membris hæret, unde levi negotio ad alios transportari po-  
rit. Allegat hujus rei exempla *Kircherus*, Vir reconditiore eruditione  
er universæ Europæ ambitum celeberrimus, Scrutinio Physico-Me-  
ico de Peste, sect. II. c. 4. n. 3. refertq; de Moniali quadam Mediola-  
ensis Monasterii, quæ pestilentia etiam civitatem illam invadente, præ  
imio terrore, adhuc optimè quidem sana in locum ab omnibus remo-  
um secesserit, omne consortium diligentissimè deserens, variisq; mediis  
anti-

*Neg. 5. in*  
*domo quidē*  
*infecta ha-*  
*bitantes,*  
*sed qui dim*  
*eq; consortio*  
*excludantur,*  
*cum infectio*  
*non conver-*  
*sati sunt.*  
*Neg. 6. qui-*  
*bus gratia*  
*Magistra-*  
*sus secessū*  
*concedit.*

*Sed reliqua*  
*omnia.*

*I. Rationa-*  
*lia.*

antipestilentialibus se muniens, clauso quoq; semper cubiculo suo firmissimè. Sed, ecce, accidit, ut quum apertum staret aliquando cubiculi ostium rerum necessariarum comparandarum gratia, felis interea pestifera intrat, lectumq; Monialis, in quo consedebat, inficerit, quod venenum quum ex lecto suo illa attraxisset, nimia ejus cura non tamen contra mortem sufficiens erat remedium. Hoc factò omnibus dein felibus occisis à contagione Monasterium fuit immune. Musca quoque ex infectorum corpore & cadaverum succo venenum hauriens, in aliis dein domibus ad esculenta transportavit, unde illud propagatum in comedentes de his cibis. Tela aranearum ducta in ædibus infectis sed clausis, post longum tempus contactu suo interemit hominem; uti hæc modo narrata probat *Kircherus* ex Orengio, Mercuriale & Foresto, simileq; fere fatum ex tela araneæ contractum proponit *Sennert.* de Febr. IV. c. 3. p. 403. Verum non sensitiva tantùm sed & *Vegetativa*, variae herbæ, utpote pestis capaces debent in ædibus ægrotorum cum cura affervari, nec concedi, ut eæ ejiciantur. Si enim forte æger eas attigit, propter odorem vel venustatem ejus, vel illæ in hypocausto, in quo miser homo decumbit, diu fuerint, ipsis quoq; potuit lues esse communicata.

3. Vegetativa.

4. Inanimata.

Nec etiā à subjecto inclusionis excludenda sunt *Inanimata*. Nihil enim est, quod veneni pestiferi nequitiam effugere possit, sed omne in sui naturam rapit, unde & omne, in quod contagiosa ejusmodi effluvia penetrarunt, debet in domo retineri & includi; talia autem sunt amicula, tegumenta, vestes, culcitra plumea & stramentitia, pelles, pallia &c. Culcitra per 7. annos in remotiorem domus partem abjecta, dein aliquando hinc inde mota, pestem excitavit. Et Justinopoli funes, quorum usus erat in efferendis mortuis post 20. demum annos à servo quodam contacti, eum morti dederunt, ac 10000. hominum postea pestis abripuit crudelissimè. *Deusing.* Medicus ap. Belgas clarissimus tract. de Peste, P. II. sect. I. cap. 5. p. 183. seq. aliaq; exempla adducit memorabilia in Disquisit. sua de Peste p. 26. seqq. nec non *D. Herlicius Medicus Stargardenensis Consil. Politico-Phys.* de Peste, P. II. c. 10. p. 124. seq. Imò quod ferè mirum videtur, Anno 1553. Vratislaviam in linneo fuit pestis delata, & hinc Goldbergam, Goldbergam verò vestes vigilis in turri Lignitium propagarunt, tandem columba è turri delapsa, & à custode portæ excepta, totam urbem labé hac corrupit, *Sennert.* I. c. p. 404. Monetæ quoq; pinguedine multisq; sordibus oblitæ semina pestis in se possunt continere. In libris quoq; & literis crassis ac madi-

is locisq; uvidis, nec vento perviis longo tempore asservatis non raro eret pestis, credente *Unzero* de Lue pestif. I. c. 16. unde & illæ magna ira custodiri debent, ne in cujusvis veniant manus. Merces etiam, si ipse illæ in dissitas regiones transportatæ sæpius funestæ mortalitatis spectaculum repræsentarunt.

C A U S A nunc sequitur F O R M A L I S , quæ est subjecti peste infe- III.  
ti in ædes suas *inclusio*. Ejus verò hic observanda *antecedentia, concomi-* Causa  
*ntia, & consequentia*. *Antecedentia* sunt, ut Magistratus severissimo Formalis.  
i mandato jubeat subditos civesq; suos, qui singulos, in quibus semina  
estilentiae esse deprehendunt, statim primoq; momento indicent Ma-  
istratui, vel ejus ad hoc negotium Deputatis, ut malum primâ herbâ,  
licet, opprimatur. Hoc facto, consilio periti Medici aut Chirurgi  
examinanda est, num verè eō morbo ille laboret, idq; cognoscen-  
um è signis, quæ Medicorum schola decrevit. Moderatio vero hīc  
commendatur, ne hi morborum judices nimium sint remissi vel rigidi,  
ed providi & solliciti; non enim secundum speciem oculorum, aut  
secundum auditum aurium, sed secundum rei veritatem, quantum pos-  
int, judicent. Quod si ergo signa certissimè & clarissimè deprehen-  
untur, includendus est æger; quod si vero nondum demonstrativè po-  
rit inveniri in aliquo malum pestiferum, deferenda hæc inquisitio Ma-  
istratui aut qui loco Ejus sunt, jussuq; Ejus aut in domo suâ, quanquam  
ondum clausa, attamen vel signata peculiari signo, e. gr. Crucis, aut  
liâ ratione notus fiat hujus affectus, ut ejus conversatio aliquo modo  
itetur; vel tutius in locum non quidem peste correptis, sed aliis ægro-  
is destinatum, qui commode prope vel extra muros urbis situs esse  
potest, ducatur, ubi quotidie à Medico aut Chirurgo visitetur, probeque  
ognoscatur ejus infirmitas; quæ si excrescit in pestem, cum eō agendum  
st, uti cum reliquis agi solet, quibus contagio hæc adhæret. Si vero hi  
b initio de peste suspecti, postea vero communi methodo per 40. die-  
um intervallum, quod idiomate Gallico *quarantine* audit, immunita-  
em suam ab hoc veneno in loco separato probaverunt sufficienti ar-  
gumento, in societatem sanorum de novo quasi sunt recipiendi; quem-  
admodum ubi signa lepræ fuere deprehensa in homine, ille à sacerdo-  
te per 7. dies fuit inclusus, & ubi malum non serpsit longius, iterum de-  
batur recludi per 7. dies. Levit. XIII. 4. 5.

Hæc antecedentia, si recte prudenterq; observata, compertumque  
st, aliquem pestilentiae quid contraxisse, inclusio ejus nunc juxta conco-

**Conco-** mitantia sua instituenda est. Inclusio igitur hæc sit 1. *confirmata*,  
**mitantia.** gillo Principis aut Civitatis, quod quia vel ab iis, qui sunt in domo v  
**1. Inclusio** extra domum infectam, vi lædi non leve crimen esset, hoc medio cay  
**fit confir-** tur, ne ægri exitu vel sanorum introitu libero contagio dissemineatur.  
**mata sigillo**  
**publico.**

**2. Partia-** 2. Sit *partialis*, non totalis ab omni hominum auxilio & solati  
**lia,** ita enim miseri hi impiâ aliorum immisericordia summa viverent  
miseria, quum tamen, imprimis in necessitatis casu, charitas proxim  
à Salvatore nostro tot mandatis ac promissionibus inculcata turpissim  
negligeretur, hiq; cum suis perire opus haberent. Regula igitur ji  
ris universalis: quod Tibi non vis fieri, alteri ne feceris, hic obſervand

**3. Mode-** Unde 3. *moderata* esse debet talis ædium obſeratio; dum conſi  
**rata.** tuendi *Medici, Pastores, Chirurgi*, ut vocant, Pestilentarii, pietate, doctri  
na & experientia prædicti, misericordiæ quoq; dediti officioq; suo pron  
tissimi; ita eos describit Paul. *Zacchias Quæſt. Medico-legal. I. III. t.*  
III. quæſt. 4. n. 28. *aliquæ mares & fœminæ*, qui curam ægrotorum ha  
beant providam, quantum per morbi conditionem licet; quiq; v  
omni momento adstant ægro in adhibendis medicamentis, cibo & pi  
tu, inq; porrigendis aliis quæ necessitas jubet. Vel qui extra ædes infe  
ctas versantur ad emendum victum, afferenda ex pharmacopoliis me  
dicamenta, aut ubi Medicus non ipse ægrotos visitat, morbi statum que  
tidie aliquibus vicibus explicitent. Vel adesse debent fœminæ obſtetricæ  
quæ mulieribus infectis fortè parturientibus sint destinatæ, ut ipsiſ ſolli  
ſint confilio & auxilio. Hi autem omnes vel jam diu erant consecrati publi  
cè & nutriti ex publico ærario, ut tempore periculoſo, ubi vita maxime  
periclitatur, eò melius ad officia ejusmodi præſtanda poſſint cogi  
Ubi vero à longo tempore nulli fuere ordinati publicè ad talia mune  
ra, peste dein ingruente prudentia magistratus ſunt eligendi, & vel ſum  
tibus eorum, qui horum operâ & auxilio opus habent, ſalaria designan  
da, vel deficienſibus ægrotorum mediis pecunia publica refarcire hunc  
defectum debet. Quod ſi Medicus, vel Chirurgus, vel Pastor Pestilen  
tiarius peste ægrotat, vel morte jam defunctus, debet interea temporis  
uſque dum novus conſtituatur, aliis visitare ægrotos, quem vel ſors vel  
magistratus mandatum optimum judicabit. In pagis vero, ubi vix ul  
tra unum Pastorem & balneatorem invenimus, quippe neceſſitati ibi  
non coniugitali conſulitur, vicini, qui ad eundem magistratum perti  
nent, locum demortui interea debent ſupplere, dum perpetuus de no  
vo eligatur; quod de Pastore jubet cum conditione certa *Decretum*

tentissimi Electoris Saxoniae in Append. Stockmanni Hodoget. pest.  
 r. hoc currente anno impressi: Inzwischen aber und ehe das erledig-  
 Amt wieder erseget werde / wäre den Vicinis gleichwohl anzudeu-  
 / das Amt solcher Gestalt zu verrichten/ daß sie sich zwar der Kir-  
 en in den inficirten Dörffern/wann selbige zumahlen nicht etwa am  
 ide des Dorffs/ sondern zwischen Häusern stecken / enthalten mö-  
 n/ jedoch aber das H. Abendmahl und Tauffen/ unter freyen Him-  
 el / oder einer aufgeschlagenen Hütte administriren sollen. Der  
 Schulmeister hat inzwischen in der Kirch mit Singen/ Verlesung ei-  
 r Predigt/ auch Haltung der Betstund des Pfarrers Stell zu ver-  
 etten/ auch auf Begehren den Kranken vorzubeten/ und seynd die-  
 uigen/welche das H. Abendmahl verlangen/ und schon frant seynd/  
 r das Dorff ins Freye zu bringen/ und daselbst durch den benach-  
 rten Priester der Seelen Cur zu versorgen. Consentit D. Balduin.  
 s. Conf. IV. 9. cas. 7. p. 820.

*Ministri vero reliqui horum ægrorum esse possunt consanguinei,*  
*t vicini, aut amici, hi enim priores in officiis existere videntur nisi for-*  
*horum aliqui sunt etiam infirmioris constitutionis, quibus ex chari-*  
*e Christiana æque consulendum atque ægro est, vel forte præ multis*  
*agis publico prodesse possunt, aut nocere per contagii diffusionem.*  
*c nec amici & propinqui uno quasi agmine concurrere debent non*  
*cati, sed quantum & quoties eorum opus est auxilio, ne libere suæ vi-*  
*familiæq; detrimentum creent, quando operâ eorum nemo adeo*  
*diget. Ubi vero casibus ante allegatis illi qui affinitate, sanguine aut*  
*nicitia inter se conjuncti, auxilio & ope præsentes inservire non pos-*  
*nt, loco eorum alii vel à magistratu vel à cognatis constituendi ad*  
*oc negotium apti. Et in defectu eorum, qui libentes ministrare vo-*  
*nt infirmis, ex Nosocomiis, Xenodochiis, Orphanotrophiisq; publi-*  
*mandato cogendi illi, quos hactenus cives suis sumtibus sustenta-*  
*nt. Quod etiam consultum esse dicit D. Herlicius Consil. Politico-*  
*s. P. I. c. 7. p. 50. his verbis: Es gibts die tägliche und flägliche*  
*erfahrung/ daß man böse und undienstliche Leute in Städten findet,*  
*die einander in dieser Noth gar nicht behelffen noch dienen/nichts zu-*  
*agen/ die Verstorbenen nicht kleiden/oder aus den Häusern hohlen*  
*ollen. So soll man die armen Leute aus den Hospitalen hierzu ge-*  
*zauchen/ auch sie mit der Condition erstlich ins Hospital nehmen.*  
*Solche Leute soll man treulich vermahnen / weil sie der ganzen*

**S**tadt/ wenn die im Flor ist/ Allmosen genießen / daß sie zu sonderlicher Dancēbarkeit der Stadt wiederum dienen wollen. Vel officia inhonesta , & ubi vita maximè periclitatur, quod contingit e. in vespillonibus, adhibendi illi, qui ob scelera sua jam ante mortis pnam meruere ; quod & Viennæ observatum fuit. Hi omnes vel peste laborantium sumtibus , vel si hos dura paupertas premit, ut n se sustentare possint , tum iterum fiscus publicus media suppeditat. Ne autem ejus expensæ ultra modum crescant, illi qui his tristissimis temporibus, vel superbiæ, vel voluptati, vel avaritiæ dediti , possunt ei majore pecuniæ summa puniri, eaq; ad hos sumtus impendi, aut eleemosynæ publicè pro miseris colligendæ , aut ditiores ad tale charitat munus liberali manu aliquid conferre debent, vel consanguinei, amici & vicini, dum non inter infectos versari coguntur, opibus suis erogant aliquid in proximi subsidia.

*Virtutes* autem , quibus curatores ac curatrices ejusmodi ægrorum prædicti esse debent, sunt variæ. Necesse est enim, ut 1. *sint animi si* ac imperterriti, non nimium tamen audaces & temerarii , seipso utro exponentes periculis, quæ declinare possunt illæsa conscientia , sed qui infirmos urgente sic rerum conditione non timidi adeunt, corporis infectorum, ubi opus, contrectant , medicamenta applicant , cum ipsis colloquuntur, à frequenti eorum conversatione non abhorrent. 2. *Sint non avari*, qui ea ex ratione officia præstant ægris, ut magnum inde a ipsis redeat pretium præmiumq; , & accedunt tantum ad aucupandum aliquid aureoq; hamo piscandum, sicut animalia rapacia involant in bona peste decumbentium variisq; artibus, vel precibus, vel fraude insciæ dominis; de quibus queritur *D. Pansa* Consil. Antipestil. II. c. 3. p. 9. 3. *Pietatis* sint non tantum amantes, sed & ipsi *studiosi* , quæ virtus quum Deum habeat propitium, non modo eos reddet alacriores ac sustinenda pericula, tot tantasq; molestias; sed eō nomine quoq; utilles, ut in absentia Pastoris possint precibus & consolatione erigere homineros. 4. *Sint misericordes & officiosi*, qui afflictione maxima proximi sui & ipsi affliguntur, unde optant laborantq; , omni officiorum suorum promptitudine lenire ejus dolores, eiq; subvenire. 5. *Sint aliquando periti* vehementiæ hujus morbi, ejusq; curationis , quum enim casus possunt obvenire, ubi nec opus statim, nec semper licet Medicum consulere, talis ægrotō adstant sciāt, quid consilii? unde & his *D. Kirchbergerus* Practicus olim Norimb. methodum præscripsit in aphorismis suis

s Medicin. de Peste A. 1625. editis in cap. Erinnerungs-Puncten  
n Amt der Warter/ was die im Haus bey den Krankenthun sol-  
; ne tamen isti curatores aut curatrices suæ scientiæ nimium confi-  
nt, libereq; faciant inconsulto Medico aut Chirurgo, quæ morbum  
gere forsan possent.

Ut vero illi, qui peste infectorum ministerio destinati sunt officio  
recte fungantur, debet magistratus per *Deputatos* suos & *Prefectos*  
*uitatis* diligenter, providè & accuratè quovis die eos examinare, atq;  
aliis debita cura percontari, num hi justam diligentiam ac curam ad-  
puerint in sublevanda eorum infirmitate, aut quidnam auxilii vel  
insilii deficiat ægris, quò defectus ille, prout temporum ratio conce-  
, resarciantur. Quotidie etiam visitatio instituenda, num sigilla à ma-  
tratu ædibus infectis impressa à nullo fuerint mutata aut fracta, ne ali-  
i præter necessitatem introitus pateat.

Quamvis vero status horum ministrorum, qui vel ex Ordine Ec-  
clastico ut Pastores, vel ex ordine politico, ut Medicus vel Chirur-  
gus pestilentialis, reliquiq; curatores & curatrices peste infectorum, sit  
iserabilis & periculosissimus, multum tamen se munire possunt me-  
s antipestilentialibus, ac evitare auram ex ægri ore exeuntem; imò  
catio eorum lexq; charitatis id jubet; ut pericula hæc non timeant,  
l cum Aarone inter vivos & mortuos se sistant. Num. XVI. 48. &  
m Jesaia DEI jussu intrent ad Hiskiam peste correptum. Es. XXXVIII.  
. nec dubitent vitam dare pro ovibus, Joh. X. 12. 1, Joh. III. 16. con-  
le Eckard. Pastor. conscient. Class.I. quæst. XIV. p. 30. seq. & Class.II.  
A.V. quæst. III. p. 217. seq. Quia vero hi, quorū officium, ut non apud  
um ægrotum hæreant, sed ex una domo infecta ad aliam transeant,  
m sic quotidie cum contagiosis hominibus conversantur, facile con-  
jui semina circumferre possunt, ideo ne alias inficiant, ipsi non solum  
ædibus soli habitare debent, domiq; vestes suas, quibus adeunt ægros,  
nto exponere & suffitibus mundare, sed & vitare multa cum sanis  
lloquia, & contactum, quantum possibile. D. Herlicius in Consil. Po-  
lico-Phys. de Peste P. I. c. 6. p. 42. scribit: Um besten ist / daß er ein  
anderlich Kleid habe / wenn er zu den Kranken gehet / und wieder ein  
ders / so er wieder zu Hauß kommt / als ohngefehr einen feinen  
ngenschwarzen Rock / auf daß ihn jedermann Kenne / und ihm auf  
r Gassen aus dem Weg gehe. & cap. 7. p. 49. In etlichen grossen  
Städten ist der Gebrauch / daß die Pest-Zodiengräber und andere /

so die Kranken damahls pflegen und warten / wenn es die Not durft erfordert/ daß sie ausgehen müssen/ die müssen weisse Stäbe den Händen tragen / damit man auf den Strassen sich vor ihnen wisse fürzusehen. Et paulo post: Es pfleget auch den Zuträgern der Essens/ Trinkens und Arzney die Obrigkeit schwarze Kleider zu geben/ die vornen und hinden Kreuz haben / oder weisse Stäbe tragen/ damit andere Leute auf den Strassen sie fliehen können. Cum reliquis, qui semper cum infectis sunt inclusi, agendum vel per fene stram, vel per ostii foramen, vel per cophinum, aliisq; mediis, quæ magistratus sagacitas suggeret.

**4. Conditionata, ratione temporis.** Cæterum 4. debet etiam hæc obseratio ædium esse conditionata, ratione temporis, 1. quô incipit, 2. quô durare debet. Cum conditione hæc inclusio est intelligenda 1. ratione temporis, quo incipit pestilentialis, ubi dum in paucis ædibus tantum malum hæret, facilius haec mandatum exequi potest magistratus, quām ubi morbus plurimas dominos jam peragravit, vix sufficiunt homines, ut cuivis ægrototo certæ personæ in tanta infectorum multitudine assignentur, sed ferè cuivis concedendum, ut tot miseris auxilium anhelantibus succurrat; neq; periculum, quum quilibet ex augmento morbi clarissimè videt per mutantem communicationem cum ægrotis morbum se dilatare, quare quilibet, quem non necessitas cogit, charitasq; Christiana impellit, prætentissimo se non exponet periculo; imprimis hoc licet, quod tum temporis, ubi in necessitatibus casu homines ita proximo suo cum periculo salutis sua officia charitatis præstant, Deus protectione sua omnipotenter avertendo ab iis malum hoc, beneficentiam eorum retribuit. Unde quum nuper celeberrima Regis Bohemiæ sedes, Praga civitas, pestem sentiret, multa magnaq; cum suorum strage, primis quidem septimaniæ medium hoc occludendarum ædium tanquam utilissimum maximeq; necessarium semper exequendum severe mandavit, tempore vero aliquo post, quum lues universam ferè civitatem infecisset, S. Cæs. Maj. sapientissimo consilio concessit hanc libertatem, ut ex ægrotis qui domini manere velit, apertis ædibus procuret sibi ministerium. Limitata 2. ei

**quo durat.** hæc inclusio ratione durationis, quia non justo longius sunt detinendne videantur poenæ civilis loco esse damnati quasi perpetuò ad ædes sed quando Deus pro misericordia sua eos liberavit à contagio, librandi quoq; sunt à carcere ædium, alias enim, quando, licet jam sanguitius tamen anguntur in angustiis unius loci, porro sibi imaginantur

vexari adhuc morbi hujus vehementia, quā imaginatione facile p-  
s alterā vice eos invadere poterit. Non vero inde concludendum,  
mō statim momento, quo quibusdam tantum ē signis ominamur  
stīnam eorum sanitatem, iis statim liberum cum sanis consortium de-  
re concedi, posset enim adhuc semen latere, vel sani, nondum pen-  
persuasi hos liberos esse ab ista lue, magno possunt affici terrore &  
rrore, unde prius collocandi in locum saniores, ubi per aliquod tem-  
ris intervallum experiri potest Medicus, num morbus vere & in per-  
tuum eum deseruerit, quo observatō tum demum liberē exire ē domo  
ac inter sanos versari locus datur.

Tandem 5. est hæc occlusio *libera*, partim in ædibus privatis, par-  
t in publicis seu Lazarethis instituenda; prout hic Magistratus pru-  
nitia consultius esse dicit. Aliis enim libertas conceditur *in propriis ha-*  
*are ædibus*, atq; adeo liberius ac commodius vivere, neq; solum alio-  
n voluntati atque imperio obsequi, sed debent illi forte instructi es-  
nultā pecunia, qua possint sumptus facere in ministros. Illi vero, quos  
opia vexat, communiter in loca publico ære ædificata ducuntur, quæ  
zaretha vocantur, inter se longè distincta, ne contagium unius Ho-  
tal is ad aliud traduci possit. D. *Herlicius* Consil. Politico-Phys. de-  
ste P. I. c. 1. cum aliis Medicis judicat: ejusmodi Nosodochia in u-  
n peste infectorum optimè extrui extra urbem, monente etiam *Ripa*  
act. de Peste Cap. de remed. cur. pest. num. 11. inq; amoenis locis  
ope pura flumina (quippe ad lavandum iis maximè opus habent)  
i venti liberē spirant, imprimis Eurus ac Aquilo, sintq; in loco editio-  
nita. Ædificia verò hæc debent variis conclavibus constare, primum  
illis, quos vehementissimè pestis corrupit, mortiq; proximi sunt,  
erum illis dicatum esse debet, qui quidem peste infecti, de eorum re-  
uenda tamen sanitate bene speratur; tertium conclave possidere pos-  
it, quos pestis jam deseruit, in quibus tamen aliqua symptomata adhuc  
lenda. D. Hier. *Denzellinus* ap. Joach. Camerarium Med. Norimb.  
synopsi de Peste, dispescit hæc Nosodochia in 4. distinctas habitatio-  
es, quarum 1. capiat peste jam laborantes; 2. qui suspecti esse incipi-  
t; in 3. transferantur alii, qui convalescunt, ut ibi priorem partem  
40. diebus transfigant; in 4. denique reliquum tempus 40.  
rum absolvant, quò perfectè jam liberati ab hac lue sine periculo  
proprias ædes reverti possint. Ne autem infirmi terrorem concipi-  
nt, uti alias fieri solet, quoties ad Lazaretha trahuntur, Magistratus  
omni

omni diligentia & cura provideat, ne ægri opus habeant justis querel sed frequenter visitentur à peritis Medicis & Chirurgis, servitia praestentur ab idoneis fidisq; ministris, in porrigendis medicamentis necessariis nulla deprehendatur, quantum licet, inopia, non minus in cibis & potu, multisque vicibus suffimenta benè exsiccantia incendantur.

*Consequen-*  
*tia.*

Accedamus nunc ad *Consequentia* hujus occlusionis. Id primo tantum, quod licet ædes infectæ nullos jamdiu contineant peste corruptos, non tamen citò aperiendæ ad inhabitandum, nisi diu satisq; omni partes ejus & anguli sint expurgati, quia pestis contagium in iis longe latens alias de novo majoreq; vi in plures sœvire posset; cujus genera exempla supra exhibuimus in causæ materialis consideratione. 2. forte ex illis, qui tabe hac pestifera laborabant, è vita quis excessisset, bona & supellecilia non debent statim consanguineorum voluntati concedi, sed authoritate magistratus arctius includenda, ne ii, qui cum di mortuo fuere inclusi, pro luctu in ea involent, posteaq; divendant, vñ hæredes contactu eorum morbum tam contagiosum, à quo antea era immunes, sibi miserrime attrahant. 3. Quemadmodum publico mandato & sigillo inclusio ædium fuit peracta, ita nefas esset, vehementi poena is afficiendus, qui privato ausu sigillum læderet, & aliquibus introitum permitteret; unde per Deputatos magistratus suo tempore debet sigillum detrahi, ædesq; fieri patentes, publiceq; iterum declarari: omni malo nunc liberæ. 4. Debet Pastorum, Medicorum & Chirurgorum reliquorumq; curatorum diligentia singularisq; cura debitissimiis & muneribus ab ægris remunerari, si opibus pollut; quod si variis etiam utilibusq; ob navatam fideliter apud ægros operam præficiuntur officiis, allicitur hoc pacto augeturq; magis eorum industria, ut alacritate in posterum adhuc se talibus mancipent ministeriis.

IV.  
Causa Finalis est. Hoc medio præcavemus, ne incauti avariis; homines, qui nullo ægris sunt consilio & auxilio, sed vñ ex curiositate, vel ex avaritia involandi ægrorum bona, vel ex ignorantia ædium infectarum adeunt hæc loca, cumque his hominibus converuantur, in præsentissimam vitæ suæ suorumque se præcipitent pericli, imo hæc ratione totas civitates universasq; regiones devastent. Vel etiam finis est, ne ægri ipsi aut ex nequitia aut impatientia aliave d' causa prodeant in publicum, latiusq; contagium diffundant. Pertinet itaq; hæc conclusio ad èvḠz̄iav civilem, quæ utilitatem publicam promovet.

## CAPUT II.

JUSTITIA occludendarum ædium peste  
infectarum.

**A**Odum hactenus delineavimus, quâ ratione ædes infectæ publicâ Justitia authoritate vel soleant, vel commode forte & Christianæ chari- <sup>demonstra-</sup> consentaneo modo debeant obserari. Nunc JUSTITIA ejus ex- <sup>ta</sup> inabimus & probabimus I. ex PHILOSOPHIA & quidem *Morali*, I. ex Phi- <sup>losophia</sup> *Morali*. *privatorum* vel *Privatorum* partim non infectorū, qui non adeunt peste labo- <sup>tes</sup>; partim infectorum, qui patiuntur ædes suas obserari; vel *ratione* *agistratus*, qui liberam visitationem ejusmodi ægrorum interdicit.

Ratione *Privatorum*, quos nondum quidem corruptit hæc lues, <sup>I. Ratione</sup> *Priva-* tamen non visitant contagiosos, quibusq; aditus prohibetur, occlusio <sup>tors.</sup> a est. Officiositas quidem alias erga ægrotos, quæ alio nomine Vi- <sup>a) qui non</sup> *visitant in-* <sup>fellas.</sup> *privato* audit, est nobis præcepta tanquam pars amoris proximi, & com-

ndata Matth. XXV. 43. hæc tamen virtus tum locum habet, ubi in- *ire possumus aliorum commodis sine detimento rerum nostrarum.*

*Becmann. Doctr. Moral. c. 16. n. 6.* aut obligat omnes, ubi æger in- *eria sua deseritur ab omnibus.* Quia verò conversatio cum ægrotis, *m si una tantum vice fit, in morbis contagiosis facile contagium po-* *t propagare; unde quemadmodum qui à pice & inquinamentis se* *trahit, non commaculatur, & qui ab igne abstinet, non uritur; ita o-* *es in periculosa loca, quæ specialis officii ratio vel necessitas frequen-* *non necessario jubet, involare non debent, ne dum ægro parum uti-* *sibi suæq; familiæ maxime sint noxii.. Sis procul à jaculis & feriere*

*ius. Neq; hic obstat Charitas proximi, quippe illud præceptum de* *julis diligendis & adjuvandis impleri debet, nisi major ac justior di-* *io impedit.* *Grot. J. B. & P. I. c. II. §. 8. n. 10.* jubemurq; proxi- *m amare juxta nos ipsos, non præ nobis ipsis; imò ubi par malum* *ninet, non vétamur nobis potius, quam aliis consulere.* *Idem* I. cit.

I. §. 3. n. 3. & in annot. ad h. I. ex Cassiodoro de Amicitia allegat hæc ba: Sane nullus aliquo præcepto vel aliqua ratione tenetur salutem *hæ proximi perditione animæ suæ, aut corporis ejus liberationē cir-* *pem perpetuæ salutis, proprii corporis inferitu procurare. Et quem-* *nodum differentia est inter proximum, quum magis diligendus con-* *guineus vel amicus quam extraneus, parentes magis diligimus quam* *icum, principem magis quam plebejum, cur in eodem periculo me-*

cum versante proximo, ego non prius potiusq; charitatis officia mi præstarem præ proximo, quippe præcipuus proximus sum egom mihi? in primis ubi meo auxilio non in hoc casu opus habet, al quippe instructus ministris, ego vero visitatione mea & accessu eum, non tantum meipsum familiamq; meam, sed alios complures idem discrimen præcipites dare possum. Possum vero interea ad d clarandam tristitiam meam ob miseriam proximi ex charitate vari consiliis ipsum adjuvare, imò pecunia quoq; aliaq; ope, quantum factas mea concedit, instruere.

B) qui in-  
cluduntur.

Sed & justa est hæc occlusio ædium *ratione infectorum*; illi enim dum domestico satis præsidio gaudent, ex charitate, qua ipsi quoq; obligantur proximo, non debent ejus desiderare præsentiam, quippe indei teritus ejus aliorumq; facile oriri potest, unde homicidii fierent rei. Se quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris; uti autem magna te injuria affi arbitaberis, si insanabili lethaliq; morbo quis te læderet, ita eo quoq; animo debes esse erga proximum, nullum ei inferendo damnum, ide namq; hoc hominum genus facit accersendo ad se sanos nulla interveniente necessitate, quam si novorum hospitum cor vitamq; primo accessu peteret. Nec fit homicida unius tantum hominis, sed ingenti multitudinis, quam repente penetrat hæc contagio. Eò majus verò hoc est peccatum, si ea ex ratione sanorum conversationem efflagitant infecti, ut alios inficiendo se liberent ab hoc morbo, quæ perswasio non nullorum menti inhæret. Conscientiae suæ melius illi satisfaciunt, quando alii præsentes opem ipsi ferre non abhorrent, hi tamen renunt, ne alios secum perdant, qui tamen Reipublicæ diutius esse possunt incremento, familiæ suæ fulcro, ægroq; convalescenti aut defuncti vi duæ liberisq; insigne solatium auxiliumq; fuissent in negotiis magis necessariis? Laudat proinde *Deusingius* disquisit. de Peste p. 76. seq. Bezan illum alias sectæ Reformatæ para statam acerrimum, qui aliquando pestis conflictans, quum Collegæ ejus in primis vero *Calvinus* ipse omne humanitatis genus ei offerrent, seq; eum invisurum pollicitarentur, restitu Beza acerrime, ne ex Reipubl. Christianæ pernicie, quam tot tantorumq; Virorum strages crearet, salutem suam se quæsivisse videretur. Laudantur illi magnisq; præconiis extolluntur, quibus dulce est pro patria mori, cur non timeret talis ægrotus etiam vitæ subire periculum, ne periculo sissimo morbo & fortissimo hoste, peste scilicet, quæ toti patriæ interium minatur, noceat, dum sanorum societatem liberam ambit?

Neq; etiam *Magistratus* injustitiae aut crudelitatis est arguendus,  
od ipse adeò severè hanc occlusionem ædium mandet, si que contra  
mandatum quis fecerit, etiam morti eum tradat. Jus enim hoc atq;  
estas, quam hic exercet Princeps, aliasq; loco ejus, oritur ex Domi-  
Eminente, quod competit magistratui in cives & res civium ad u-  
publicum. *Grot. J. B. & P. I. 1. §. 6. & I. 3. 6. n. 2.* non tamen nisi  
casu necessitatis conspicuum esse debet; ibi enim periculum totius  
tatis tanquam causa universalior hunc casum necessitatis format, ideo  
ticularibus omnibus prævalet. Nec subditus causam querendi alle-  
potest, causam se conservandi: non interitus sui causa Reipublicæ  
itis se subjecisse; conservatio namq; singulorum ab universorum  
inflione mensuram accipit. *D. Beermann. Polit. Parall. c. XXI. §. 3.*  
*09.* Sic quum pestis, quando liber aditus prohibetur sanis ad æ-  
tos, & contra, totas civitates brevi tempore incolis vacuas faciat,  
stantissimaque Medicorum sit confessio pestem esse contagiosam,  
obseruatione domuum inquinatarum præscinditur occasio, ne fur-  
& avara plebs, quando apud infectos deprehendit lectulos, vesti-  
ta, &c. in sui usum commoda, ea abripiat, ipsaq; cum sua familia  
induat, vel hinc inde per civitatem divendat, atque hoc modo una  
em ejusmodi locis malitiose inferat; Ita Veronæ ex una veste pel-  
*i 25.* Teutones venenum pestiferum attrahentes omnes peribant,  
enim defuncto alter induebat defuncti vestem, donec experientia,  
culum vestem inquinatam contraxisse, doceret clarissime, quare il-  
statim combussere; exempla qui plura novisse avet, adeat Autores  
os à *Diemerbroeck Tract. de Peste II. III. annot. 4.* *II.* Si civis unus,  
mvis innocens ad exitium ab hoste petitur, deseriri potest, quum ap-  
et civitatem hostium viribus multo esse imparem. *Grotius J. B. & P.*  
*§. 3.* Et si secundum *Ovid. Metamorph. lib. I. fab. 8.*

*Cuncta prius tentanda, sed immedicable vulnus*

*Ense recidendum est, ne pars sincera trahatur.*

non civis tam periculosissimo morbo correptus poterit à reliqua  
estate aliquantum abscondi & deseriri? imprimis dum abscissio & de-  
o illa est *1.* tantum temporanea, duratura dum ab hac lue restitui-  
vel si pristina sanitas restitui non potest, nec desertio haec promo-  
t mortem. *2.* Est abscissio partialis, dum aliquibus datur copia, ut  
semper præstò sint. *III.* Si licet tempore incendii proximi ædes  
cere funditus, cur non obserare eas liceret? imprimis quia ea ratione

diruuntur, ne reliquas domos ignis vehementia devoret; multò igit  
magis proximus poterit includi, ne ejus quoq; contagio morbiq; sum  
ma vis totum cōtum interimat. IV. Observamus in bestiis, quan  
earum quædam morbo, licet non adeò contagioso, laborat, primo statu  
momento segregatur à sanis pecoribus, certoq; loco includitur; qu  
cura nisi observaretur, totus grex mox periret; ita inter homines ha  
prudentia in separandis ægris à sanis non negligenda, ne inordinato e  
fum concursu ac consuetudine quilibet halitus istos venenosos hauria  
omnisq; civitas hâc ratione sua culpa se jugulet. V. Ea probatur à lo  
co parium; quemadmodum Furiosos includere, ne noceant, jus post  
lat, sic & peste infectos. VI. Ab eventus certitudine. Sic Viennæ in Au  
striâ quotannis, ceu dicitur, una vel altera domo circa veris aut autumi  
principium peste infecta, simulac ea debito modo occlusa fuit, sœpi  
sime contagio extincta est. VII. A minori ad majus, & recenti exem  
plo. Sic Islebia hoc ipso anno centenis aliquot militibus obsessa, m  
lues ibi serpens aliorum derivetur; cur non magis licebit hanc pote  
statem exercere tantum in domos, si eanom inusta est in obfessione &  
occlusione totius civitatis?

II. ex Me  
dicina. Confirmat hanc Justitiam II. C O N S I L I U M M E D I C O R U M  
Explicat illud *Sennert.* de Febr. IV. 5. p. 421. hoc ordine: Si primo u  
num vel alterum peste correptum esse constat, infectum cum omni  
suppellectile infecta & suspecta extra urbem in locum commodum  
transferre, atq; ibi curare convenit, & mox, cautè tamen domum esse ex  
purgandam. Quod si vero ob certas rationes & circumstantias fieri  
non posset, ut æger extra ædes transferatur, ædes illæ ocludendæ sunt.  
Et licet ex peste ægri convalescant, ad plures tamen septimanas à con  
versatione cum sanis arcendi. Hanc obserationem ædium quoque ap  
probat *D. Unzerus* de lue pestif. II. 2. p. 155. Huic tantorum Virorum au  
toritati conjungimus rationes ex Medica arte depromtas; primamq; cau  
sam ædium ocludendarum nominamus *terrorem*, qui oritur vehementem  
tissimè primo aspectu aut introitu in ejusmodi loca, ubi vel ex horribili  
ægroti facie, quæ à peste intra breve tempus mirè mutatur, vel ex venena  
ta aura, quæ nos ædes intrantes adflat, horrore perfundimur notabili.  
Non quidem hæc confernatio subitanea sua solum natura id efficit,  
ut terrore quis motus quovis tempore, quavis corporis nostri disposi  
tione in pestem possit incidere, quod quidem modo citatus *Sennert.*  
I. c. cap. II. p. 391. videtur statuere; ita vero quavis vehementiore pestis  
vel

præteritæ vel futuræ imaginatione atq; horrore semper morbus hic s invaderet, licet nullibi grassaretur, de quâ re tamen exempla contra- prostant. Sed nobis hactenus ea ratio magis arridet, quod in homi- magno terrore ita fere oppresso virus pestiferum semenq; vel antea n hæreat, vel hoc animi motu hauriatur ex domo inquinata, ad quam positionem corporis horror terrorq; accedens calorem spiritusque ca cor magis concentratum detinet, totamq; massam sanguineam ve- menter movet, quô motu venenum facili cursu ad cor tendit illudq; cundat; videtur in hanc sententiam calculum quoq; suum addere *Unzer. de lue pestif. I. 20. p. 126. seq.* *Fiemus de vi imagin. & Job-* *chs de Colonia tract. de Pestilentia anno 1507. edito in cap. 3. fin-* terror enim omnium animi motuum vim hic superat, dum nullus rum pestilentis Dominii limites longius & citius extendat. Filia sa- Engelberti de Man Procuratoris ex visu hominis peste laborantis tribili clamoreq; terribili adeo fuit exterrita, ut mox in se pestem tiret. Hermannus quoque Thomas pistor quidam, quem militem tero vultu foras sibi occurrentem altâq; voce vociferantem aspe- set, tanto terrore est perculsus, qui mox contagium hoc advocavit. *emerbroeck Tract. de Peste I. IV. hist. XXXI. & LXXXII.* E contrario id ita raro experientia testatur, ejusmodi ægrorum ministros, chirur- s, clinicas mulieres non adeò facile peste corripi, non tantum quia te consimilis est dispositio corporum, vix enim hæc apud omnes prehenditur; aut accidit consuetudine, quem auræ venenosæ af- scant paululum; sed maximè etiam, quia speluncæ, aliaq; ratione æ- totos accedunt, animo præsente alacrique, non nimia meticulositate guido.

2. Occlusio hæc facienda, quia *seminarium* adhuc hæret in do- bus atq; ædificiis ipsis, unde virus ab introeuntibus concipitur, ma- ntq; illa semina ad longum sæpe tempus, expurgata etiam diligen- domo infecta; quod probat memorandum exemplum domus Dn. Nassau, in qua anno, ni fallor, 1665 quatuor famulorum peste cumbebant, quorum duobus morti succumbendum erat. Domus ista postquam tertium expurgata, & dein omnia linteamina aliæq; quæ in ea latebant, omni studio & cura lavata soliq; exposita essent, rum domum à summo tecti cacumine ad infimum conclave non um verrendo purgabant, sed & aqua diligenter abluentes, muros diq; nova calce obducebant, sordibus dein omnibus in fumarium

conjectis. Ast infortunium! gallinæ ex his purgamentis domus tan-  
quam nutrimento suo venenum ipsamque pestem attrahabant, quarum  
20. interierunt.

3. 3. *Ob pestis delitescentiam tam in humanis vivisque corporibus*  
quàm in aliis rebus exanimis, quod patet partim ex experimentis,<sup>p. 7.</sup>  
<sup>& 8.</sup> adductis, partim exemplo Theod. à Welderens, qui per 3. mensē  
contagium circumtulit, antequam vires suas atrocius emitteret. Famu-  
lus etiam Antonii de Tricht Pharmacopolæ lue pestilenti laborans le-  
Etum inveniebat in horti domuncula circumcirca aperta, velis tamen  
investita. *Æ*gro saniato lectus reliquaq; suppellex fuere ablatae; post  
anni spatium Pharmacopœus dextro tantum pede lectum, in quo olim  
cubabat miser homo, ab uno saltē latere projecit in aliud, ecce non  
ita longe post notas ejusdem morbi in seipso vidit. Catalogum similiūm  
exemplorum in *D. Olhafii* seminario pestil. c. I. invenies prolixissimum.  
Quum igitur dira pestis semina sua ubiq; latissime vehementissimeque  
dispergat, perniciosissimusq; hic hostis ferè nullā curā ac prudentia satis  
possit expugnari; quid mirum aut quomodo injustum, si omnia, quæ-  
cunq; tantum hujus atrocissimi morbi capacia sint, includamus arctissi-  
mè, eorumq; contactum omnibus diligentissime prohibeamus.

III. ex Ju- Justitiam quoq; in occludendis ædibus vel infectis, vel tamen pro-  
rispruden- ejusmodi ægroris destinatis probaturi è foro J C T O R U M ; nostram qui-

tia. dem in Jure Civili facile profitemur ignorantiam, unde nec audemus  
aliquid proprio ingenio hic agere, licebit tamen ea, quæ apud doctissi-  
mos JCtos invenimus, hīc allegare. Justam autem i. esse ægrotorum  
inclusionem in ædibus huic morborum generi destinatis, quales sunt  
Nosocomia civitatum sumtibus in futuras DEO infligente calamitates  
erecta, statuit *Ripa* de Peste cap. de remed. cur. Pest. quod innuit phrasí:  
ejicere de civitate; probatq; hanc sententiam, quia resecandæ sunt pu-  
tridæ carnes, scabiosa ovis à caulis repellenda, ne tota domus, corpus  
& pecora intereant. Et nisi cito eradicetur amaritudinis radix, tota plebs  
contaminata tristabitur; adducit quoq; celeberrimos JCtos sibi assentien-  
tes, quos mox ex Beiero nominabimus. Concedit simul, si infecti malint  
includi in domo propria, invitos non esse expellendos, quia tunc cessat  
ratio publicæ utilitatis, quum inclusi non valeant alios coquinare. D.  
Adrian. *Beier* Erotēm. Jurid. de Peste Dec. I. quæst. IV. inter remedia in  
jure proposita adq; Magistratum spectantia esse quoque *leges* contra  
contra pestem: infectorum extra urbem in locum segregatum collo-  
catio-

tionem. Confirmat vero hoc Dec. I. quæst. X. 1. quia Ll. cautum, ut  
 intagiosō morbo laborantes, ne ipsi aërem (addo homines quoq; con-  
 stu suo fomiteq; mediante) inficiant, urbibus expelli, aq; cœtu homi-  
 um separari possint ; in hanc rem cum Ripa allegat *Bald.* & *Andr.*  
*arb.* l. 2. arg. ill. text. C. de sum. trin. & fide Cathol. *Rom. Alex.* &  
*ison.* l. 8. arg. ill. tx. C. de testam. & quemadm. testam. ordin. *Decium*  
*inf.* 65 1. n. 1. *Carpz.* l. 6. t. 10. resp. 105. n. 10. c. 2. & ibi *Abb.* X. de  
*ccles. ædif.* c. 1. & ibi *Gloss.* & *Abb.* X. de *Conjug.* leproso c. 1 1. XXXIII.  
 2. *Gloss.* c. 1. de usuris in VI. *Cæpoll.* in tr. de S. R. P. c. 9. *Cov.* cons. 5.  
 4. *Par.* cons. 33. n. 2. v. 2. Unde unum vel alterum peste infectum  
 tra urbem in locum commodum esse transferendum, infectas domos  
 iudendas, ne latius hoc malum per contagionem tyrannidem suam  
 ercere possit; hic citat *Hier. Prævidell.* rubr. de his, quæ ad salubrit. &c.  
 quotiescunq; &c. n. 8. *Carpz.* d. l. n. 11. *Schneidev.* de S. R. P. Inst.  
 41. & 42. Talia Nosocomia invenimus in omnibus fortè bene con-  
 tutis Rebuspubl. aut ubi ea deficiunt, ingruente tamen peste pruden-  
 t. Magistratus atque cura ea ædificare jubet, ut illi, qui propriis facul-  
 tibus morbum curare non valent, vitæ necessaria in Nosodochiis ejus-  
 odi accipiant, ne sine omni auxilio & ope miserè pereant. vide *De-*  
*ct.* Elect. Palat. ad civitatem Ambergam de A. 1597. lit. B. 3. Sed non  
 nullum hæc obseratio in Nosocomiis justa est, verum & illa 2. quæ fit  
 ædibus privatis iisq; infectis ; si enim Jus Civile concedit justumq;  
 onunciat, peste ægrotantes posse ædibus quibusdam custodiri, licet  
 iblicis, ubi nullus permittitur exitus neq; aliis liber introitus, cur ne-  
 bit justitiam in privatorum ædibus, si hac labe correptæ ? in quibus  
 men in primis divites facilior em melioremq; sui curam habere pos-  
 nt, siquidem in domibus suis possunt habere personas ad sua tantum  
 ficia & servitia destinatas, quum cognati aliiq;, qui alias in privatis ædi-  
 bus suos ægros inviserent, abhorrent à Nosocomiis, ubi maxima ægro-  
 m copia, quæ citius horrorem incutit, quam ubi unus alterve est. In-  
 imis etiam, quia difficultius pestis propagatur, si ea ipsa quoq; cum ho-  
 minibus statim quasi includitur in ipsis ædibus, ubi oritur, quam si eâ  
 borantes per varias plateas demum trahuntur, quorum intuitu è ter-  
 re alii quoq; possunt infici.

2. Justa est hæc occlusio, quia favor publicus privatæ utilitati præ-  
 tur, quod convincit antea laudatus *D. Beier.* l. c. Dec. I. quæst. VIII.  
 3. ex tx. in l. 3. §. 15. ff. de SC. Syllan. & in l. 3. C. de principi. lib. XII.

tx. in l. un. §. 14. de cad. toll. *Bart.* in l. 7. n. 4. C. de agricol. & censit. lib. XI. unde concludit, quod Princeps tempore pestis decernere possit, ut domus & mobilia bona subditorum comburantur, ex Dec. cons. 65 i. arg. l. 7. §. 4. ff. quod vi aut clam. *Lather.* de Censu l. 1. c. 17. n. 18. *Lud.* *Peguerra* quæst. crim. 8. *Myns.* c. 1. O. 6. Si vero comburere licet bona subditorum, cur non ea cum personis obserando conservare potius licet, quam tantò cum damno perdere? Et si J Cti pestem adeo contagiosam judicant, ut purgatio mobilium non sufficiat, sed combustio, non improbabunt hanc æquitatem, vel durum nimis ipsis videbitur, infectorum separationem instituere inclusione tantum eorum.

3. In primis 3. quia necessitas non habet legem, sed sibi ipsi lex; & pestis tempore licitum est facere, quod alioquin illicitum, & propter pestis regulas juris communis transgredi permisum est; hoc alio in casu *D. Beier.* affirmatum l. 5. §. 11. *Jas.* ff. de Oper. nov. nunc. Dec. cons. 28 §. n. 2. *Arnold de Renger* thes. jur. lit. P. vers. Pest. n. 9. *Carpz.* p. 3. C. 4 d. 5. Unde & necessitate sic urgente licebit Magistratui arctissime munire ædes, in quibus ejusmodi ægri decumbunt, ne conversatione cum sanis promiscua uti possint. Nec tamen J Cti etiam eam inclusionem statuunt, quæ sit conjuncta cum exclusione omnium cognatorum aliorumq; quorū operā maximè opus habent ægri. Dicunt potius Pastorum, Medicorum, Chirurgorum præsentiam hic maxime esse necessariam, docet id *D. Müller* Tract. de Fuga c. 3. §. 56. p. 170. Immo Eorum legibus cautum est prudentissime, ut illi, qui curæ suæ tempore pestis commissos negligunt, si ex hac desertione mors secuta fuerit, carcere, nonnunquam relegatione multentur; ita *Carpz.* p. 4. c. 5. d. 3. si vero ipsi ægrum interfecerunt absq; spe lucri, ut homicidæ simplici mortis poena afficiantur. *Carpz.* l. c. d. 2. Si autem cum intentione spoliandi, poenam latrocinii incurvant. *Id.* l. c. d. 1. rotaq; illis sæpe dictata in pr. Cr. qu. 22. n. 24. seq. Quod si vero hi ægrorum curatores aut curatrices aliquibus vicibus homicidia hæc patrarunt, usulatione forcipum candentium poena poterit aggravari. *Id.* l. c. q. 20. n. 51. seq. & q. 23. n. 56. junct. p. 4. c. 5. d. 1. hæc citata reperies & plura ap *D. Beier.*

IV. ex l. c. Dec. II. qu. 10. & Dec. IV. qu. 5.

Theolo- Tandem & THEOLOGORUM Judicium non improbat hanc se-  
gia. gregationem contagiosorum à sanis, quæ sit per inclusionem in ædibus.  
I. *quoad* Ubi justitiam hanc i. declarat *quoad eos*, qui ægrotos ejusmodi non visi-  
*Eos*, *qui* non addeunt tant, præsentia sua eos non consolantur & adjuvant. Illi enim aut sunt  
contagiosos. obli-

ligati vel ex officio , quo funguntur , vel ex sanguinis necessitudine,  
 iicitia aliaq; necessitate , ut huic misero hominum generi in sua affli-  
 one sint auxilio & consilio ; vel non sunt in hoc periculo so casu ob-  
 eti, ut proximo afflito succurrant. Illi , quibus officium , sanguinis  
 injunctio atq; familiaritas, charitatis hoc negotium conversationemq;  
 m ægris imperat sunt duplicis generis. Eorum , officium qui gerunt  
 storis, Medici atq; Chirurgi Pestilentiarii præsentia absolute forsan ne-  
 faria ( vix enim sufficiet, ut absentibus iis status morbi ab aliis expli-  
 tur ) quare debent ex charitate Christiana præceptoq; divino in glori-  
 DEI etiam cum vitæ periculo diligenter adesse iis, qui eorum ope o-  
 s habent. Illi vero, quos alias sanguinis amicitiaeq; conjunctio copu-  
 hīc non à consanguineis & amicis se disjungere deberent. Si tamen  
 tura meticulosiores sunt, abhorrentq; ab horribili hac lue , possunt  
 stinere ab infectorum confortio , ne ex vi imaginationis hujus se  
 oq; cum familia inficiant; interea tamen, quantum in viribus eorum  
 , vel pecunia vel medicamentis aliave ratione subveniant, aliosque  
 stituant, qui eorum loco curam habeant ægrorum. Tales autem  
 rorum ministri omnino maximè sunt deprædicandi , qui præ aliis  
 n verentur ob amorem proximi morti quasi se tradere , verum sin-  
 larem DEI providentiam ejusq; protectionem in tot malorum col-  
 lie sibi certo promittere possunt, ex Psalm. XCI. 3. Matth. X. 29. seq.  
 al. XLI. 1. seq : Quos verò nulla harum ratio devinxit, illi neq; opus  
 cent, ut visitando peste laborantes jacturam sanitatis faciant, precibus  
 hen à DEO liberationem ab hoc malo apprecari possunt, iisq. si ægro-  
 iliorum beneficentia destituti, ipsi opus charitatis beneficia præstan-  
 exerceant; quemadmodum Romæ regnante pestis contagio cru-  
 lissimè, cives omnia sua bona opesq; in commune ærarium contu-  
 unt, notis ignotisq; , quos necessitas & misericordia, non vero semper  
 gnatio faciebat proximos, victum dantes. Quod si ita his ægris est  
 spectum, non opus est, ut omnes eos visitent ac adeant. **D. Hutter.**  
 .. Theol. Loc. XXX. c. 2. p. 962. fin. inquit : Si Ministri Ecclesiæ te-  
 re se huic malo objicere velint? annon mox tota Ecclesia suo priva-  
 ur Ministerio ? Sic quis usus redundaret in Rempublicam , si qui  
 blicis prosunt muneribus stulta temeritate & seipso & suos perde-  
 it? Locum hic potius habet illud Apostolicum : Qui suorum ac  
 assertim domesticorum curam non habet, fidem negavit, & infideli  
 deterior. 1. Timoth. V. 8. Et mandatum DEI est: Non occides.

Quod & sæpè inculcat *D. Luther.* T. 3. Jen. Germ. p. 391. seq. Quo si enim sine necessitate liberè amant esse inter peste infectos, non tan tum in se, sed & in totam civitatem homicidia committunt. *D. Luther.* l. c. p. 396.

2. *quoad  
infectedos.*

Justa vero 2. est hæc inclusio *quoad ipsos infectedos*, uti enim pr ratione morbi sani debent exhibere debita charitatis officia ægrotis ita quoq; hi amoris erga proximum sanum non obliviscantur, parcen do ejus, quantum unquam licet. Charitas enim 1. Cor. XIII. 5. descripta non suam quærit, nec alterius damnum; alterius vero damnum sat intenderet, si absq; necessitate alios & sæpe totam rem publ. in perniciem præcipitaret. Elegantissimè loquitur *D. Brentius*, venerandum illu inter Theologos Nomen Lumenque, in Consilior. Theol. à D. Bidem bachio collectorum Dec. II. Consil. XIII. p. 197. Es will sich je nicht schicken/dass der Kranken erfordere/ dass man ihm die Liebe mit Cent nern heimtrage/ und er wolle darnach nicht ein Quintlein Liebe erze gen: St. Paulus sagt: Es soll einer des andern Last tragen; er saget nicht/ dass einer allein/ sondern ein ieglicher insonderheit nach sei nem Beruff/ die Bürde tragen soll. Et p. 200. Da besondere Oi und Häuser/ wie billig geschehen/ und die Nothdurft erfordert/ ver ordnet/ darinnen solche Kranken nach Nothdurft versehen würden alsdann/wiewohl es unbarmherzig scheinet / und einem frommen Christen wenig Ruhms bringet / einen getreuen Ehhalten aus der Haß in seiner Noth zu vertreiben; Jedoch weil der Schreck des ganzen Haufgesindes gefährlich und beschwerlich/ so soll der Krank Ehhalt selbst dieser Bescheidenheit seyn/ und so viel Liebe des Nach sten haben; oder/da er für sich selbst also unverständig ist/ ihme durch den Haufvatter oder Verordnung der Obrigkeit angezeigt werden dass er/ da er sonst nach Nothdurft versehen werden mag/des Hauss vatters und seines andern Gesinds verschonen und ihre Beywohnung meide. *D. Dannhauerus* b. m. Lact. Catech. P. II. p. 12. Christliche Obrigkeit soll in solchem traurigen Fall gute Ordnung machen/ Lazarethen von unterschiedlichen Gattungen und Commodityaten/ Arzte/ Balbierer/ Pestilentiaros oder Pest-Prediger bestellen / und solcher Ordnung und Separation sich niemand freventlich widersezten (so wenig als ein Malziger oder Aussätziger/ so man ihn in das Siechenhaus verweiset/) Gottes Gericht gedultig still halten/ und anderer Leut Schaden nicht begehren.

Juste quoq; hic agit 3. *Magistratus* occludendo ædes in seetas, infe- 3. quoad  
asq; includendo: *Brentius* apud D. Bidembach. Consil. Theol. Dec. II. Magistra-  
consil. XIII. p. 200. seq. idq; probamus: (1.) Exemplo Leptosorum, qui  
on tantum immundos reddebat alios contactu suo, quemadmodum  
es nonnullæ, pisces, reptilia, cibi quidam, aliaq; Levit. XI. & XII. descri-  
a ex ordinatione Dei populo Judaico erant immunda, aliisq; immun-  
tiem attrahebant; verum quia lepra maximè tempore V.T. & initio N.  
quæ in Arabia, Ægypto terrâq; Palæstina crudelissime regnabat, erat  
orbus satis contagiosus, omnes corporis humores & partes corrump-  
ens, ac insanabilis, ea commaculati, postquam sacerdos eos judicavit  
prosos; extra castra soli vivere debebant mandato Magistratus, exclu-  
à reliquorum societate; lege *D. Pelarg.* Levit. sacr. Mos. ad Levit. XIII.  
133. seqq. Cur non licebit hodie Magistratui, ubi lenius medium  
non suppetit, hanc separationem sanorum ab inquinatis instituere, ædi-  
sisq; eos arctissime includere? Licet enim lex leprosorum, tanquam  
ututum Reipublicæ tantum Judaicæ impositum, hodie nos non obli-  
et, nostris tamen adhuc temporibus hæc consuetudo rectè observatur,  
ium tamen lepræ vehementia non amplius in tanto gradu existat.  
Nam lex illa forensis nitebatur universalí æquitate Juris divini & natu-  
lis, unde justè hoc exemplum in simili morbo contagioso adhibetur.  
(2.) Si possunt illi, quibus nec officium nec charitas compedes injicit,  
gam tempore pestis aliaq; calamitate publica arripere, & ita sine con-  
scientiæ macula proximum deserere; (a) ob præceptum Christi Matth.  
23. ubi non excludenda pestis, hostium crudelissimus, violentissimus  
celerrimus, cuius persecutionem nunquam satis effugere possumus.  
(3) Ob vitam conservandi amorem, natura insitum. Eph. V. 29. (3) Eam  
aduent exempla Sanctorum, qui vitæ periculum præsentissimum quo-  
modo evitarunt; Christi omnium sanctissimi, Matth. XII. 15. Mo-  
s, Exod. II. 15. Eliæ 1. Reg. XIX. 3. Davidis 1. Sam. XIX. 12. XXII. 1.  
auli, Act. IX. 25. vid. *D. Hutter.* LL. Theol. Loc. XXX. c. 2. p. 96 r. seqq.  
(4) König. Cas. Catechet. p. m. 841. Eckard. Christian. Relig. class. IV.  
ect. II. quæst. 39. p. m. 265, seq. Non possum me continere, quia  
Megalandri nostri *B. Lutheri* verba gravissima addam ex T. 3. Jen. Germ.  
392. Weil es unter den Christen so gethan ist, daß der Starck en-  
genig/ und der Schwachen viel seynd / kan man furwar nicht allen  
nerley auffladen zu tragen. Ein Starck glaubiger kan Gifft trincken  
und schadet ihm nichts. Marciult. Ein Schwachglaubiger aber trin-  
ket

et den Tod daran. --- Ist nun iemand schwach und fürchtig, de fliehe im Nahmen Gottes, weil er solches thut ohn Nachtheil seiner Pflicht gegen seinen Nächsten, sondern mit genugsamer Erstattung durch andere versorget und bestellet. Quæ fuga quum licita, cur non pauciores peste infectos licebit includere, ne tot homines fugæ causam habeant maxime urgentem, eorumq; consortio inficiantur? Immo qui eo nomine videri posset hæc occlusio dura, quod sint exclusi ab aliis, qui possent ipsis esse auxilio; illi autem, quibus fuga tempore pestis à nostris Theologis est concessa, deserentes civitatem & ipsos ægros deserunt; ruriqui vero, qui in conscientia detinentur visitare ægrotos iisq; subvenire possunt hoc præstare, licet occlusio ædium facta.

### OBJECTIONES Contrariæ Sententiae, imprimis Breulei & Voëtii.

**A**rgumenta, quæ adferuntur contra justitiam occlusionis nostræ consideraturi singula, quot vidimus, in tres classes dividamus. I. Examinabimus rationes Breulei. 2. Voëtii. 3. Aliorum.

Objectiones  
Breulei.

I. Tilem. *Breuleus*, Pastor olim Spangenbergius, Responsum suum dedit germanico idiomate in hanc quæstionem: An Christianum sit peste laborantis ædes clavis occludere, inq; iis eum quasi captivum detinere? Hujus objectiones, quas inseruit *D. Bidembach*. Consil. sui Thol. Dec. V. Conf. 3. quamvis Viri hujus olim clarissimi merita veneremur, exercitiis tamen gratia licebit dubia quoq; nostra circa singulas rationes proponere.

Ratio 1.

1. Ejus ratio: quod si fugere non licet à proximo calamitatistem pore, ubi nostra ope necesse habet, multò minus decebit Christianum eum occludere, atque ita excludere ab aliorum auxilio. Sed Respondemus: Rationem ejus nondum esse probatam satis, contrarium potius patet ab optimorum Theologorum judicio, quorum aliquos antea allegavimus, quamvis iis fugere, quorum ope opus habent, non demus copiam. Unde 2. non denegatur & excluditur iis omne auxilium & ministerium, sed liberum tantum ac inordinatum, includuntur enim cum ipsis, qui diligentem eorum curam habeant.

2. Nullum inveniri hujus mandatum atq; exemplum. Immo divina lex hominum mentibus inscripta nobis præcipit: charitatem proximi juxta nos ipsos, non præ nobis; & ita debemus ægris opem ferre, ne simus imisericordes erga sanos, inficiamusq; totam rem publ. quod perit.

riculum, quia vitatur hac occlusione, charitati Christianæ consentanea

2. Exemplum habemus simile in leprosis, quod antea produximus.

3. A visitatione ægrotorum præcepta Matth. XXV. 36. Ast hic  
in universalis visitatio omnium ægrorum à quibusvis instituenda re-  
iritur, vix hoc statuet Autor; sed sermo est de iis, quos ex officio vel  
licitia decet cura suorum ægrorum & consanguineorū. Neq; 2. præ-  
bitur hic necessariò officiositas, quam quis præsens ægroto præstat, sed  
ficit nonnunquam consilium absentis & sustentatio quædam, quod  
letur innuere vers. 40. quicquid boni feceritis, &c. 3. Distinguimus  
ter contagiosos morbos & non contagiosos.

4. Commendat exemplum gentilium, in primis Ägyptiorum, 4.  
i contemnentes Medicorum consilium, ægros non loco includebant,  
in foro exponebant, cujusvis audientes sententiam. Sed quæ chari-  
shæc, dum prudens Medici judicium negligunt, eliguntq; impruden-  
simas contrariasq; sæpe tot hominum opiniones veterarumq; fabu-  
cum ægri periculo vitæ? commodior esset ejus inclusio, quæm ho-  
inem languidum sæpè vix spiritum adhuc emittentem sub dio omni-  
s ventis & tempestati exponere. Nos vero iis satis providemus peri-  
Medicis aptisq; medicamentis.

5. Afflito non esse addendam afflictionem. Concedimus, quan- 5.  
m licet; necessitas vero bonumq; publicum aliud sæpe suadet.

6. Feras non pellere feras, homines vero excludere hominem. 6.  
immo expellunt omnem feram, à qua periculum sibi metuunt, aut ubi  
sistere non possunt, fugiunt. 2. Quando bestiarum contagiosarum  
cietatem non vitant, non sentiunt contagionem in iis, nec periculum,  
iod inde nascitur. 3. A ferarum moribus ad jura hominum eorumq;  
obligationem non semper valide concluditur.

7. A Canum misericordia erga Lazarum ad eum accedentium. 7.  
os quoque non tantum modicum panis, sed omnia necessaria vitæ  
damus, immo cum canibus vulnera eorum pro viribus sanare stu-  
mus.

8. Hac obseratione Dei potentiam in nos puniendo etiam ob pec-  
ta, non posse includi. Sed pestis inflictio aut est absoluta ad certas per-  
nas, ubi nullum medium sufficiens repellendi mali, aut conditionata;  
tamen quia tum Dei voluntas etiā plerumq; abscondita, mediis contra  
inc calamitatem juste utimur. Si vero poenæ illius à Deo iniissio est  
mediata & conditionata, uti serè semper est, peccatum esset, mediis licitis

à nobis non amovere, unde ordinem, quem natura præscribit obser-  
vamus.

9. Deum in puniendo cogitare non solum de vindicandis pecca-  
tis proximi, sed & tuis, unde immisericordia erga proximum Dei vin-  
dictam non esse magis super te irritandam. Respondeo, pœnitentia  
nostra seria iram Dei esse placandam, proximoq; beneficiendum, quan-  
tum charitas erga nos, nostram familiam, totamq; civitatem permittit,  
ne multa magnaq; damna nostra beneficentia nobis aliisq; promere-  
mur; non enim omni tempore, omnive casu charitas summa erga pro-  
ximum est exercenda; alia lex charitatis aliud sœpe præcipit.

**Refutatio-** Pauca nunc quoq; dicamus ad Refutationem Ejus 3. argumen-  
**Breulei ad** rum, quæ contra ejus hactenus propositam sententiam proferre qui-  
**exceptiones** posset.

**cum nostra** Ad 1. argumentum. Quod occlusione hac non deserantur omni-  
**Reffonsione** ope, sed victus ipsis porrigitur necessarius. Respondet Breuleus: Vi-

1. Etum dandum esse famelicis sitiq; fatigatis, ægrotos vero esse visitandos.  
Nos vero arbitramur, multos ægrotos, in primis pauperes, anhelare ma-  
xime victimum, ad quem etiam pertinent medicamenta; reliquis vero qui  
hac in opia non laborant, providemus etiam visitatione Medicorum &  
Chirurgorum ministrorumq;, qui longè plus ægros adjuvant, quam  
100. inanes spectatores & homines garruli, quos ægri aliás amant.

2. Ad arg. 2. Prospicitur ægris non tantum de victu sed & de omni  
necessaria cura. Respondet Autor, curam illam peragi per homines eti-  
am infirmos, ægros, claudos, cœcos, senes & similes, qui ipsi aliena ope-  
ra indigent. Nos regerimus: illud non semper fieri, sed ministeria po-  
tius præstari, per hujus rei peritos & diligentes. Quod si vero hi defici-  
unt, necessitatibus aliquid dandum est, patientiaq; etiam hæc calamitas su-  
stinenda.

3. Ad arg. 3. Occlusionem hanc fieri propter pertinaces, qui excur-  
sione sua inter plebem eam inficiunt. Ad hoc excipit Breuleus: posse  
ejusmodi homines in initiis pestis in Ecclesia publicè admoneri, ut eā  
correpti domo sua se includant, conventus sanorum vitent, refractarū  
vero à magistratu severè puniantur. Itaq; concedit aliquam inclusi-  
onem in domibus & segregationem à sanis non esse injustam, ac absti-  
nendum esse confortio sanorum non necessario. 2. Illa admonitio à Pa-  
store facta, uti aliás non movet contumaces, ita nec tūm movebit, siq;  
istud hominum genus, quando multos iam pestis corruptit, debet sen-  
tire

re poenas, serius forte providet Magistratus malo, ne ulterius graffetur. æterum hærent in mente nostra plura circa hujus viri consilium dubia, & tamen omnia explicare chartæ angustia denegat.

Accedamus nunc ad *Voëtii* Theol. in Acad. Ultraj. Prof. in Dispp. *Objectiones heol.* P. IV. Disp. XXII. cap. III. §. 4. n. 3. Crudeles esse eos dicit, si à *Voëtii.* ablicis exercitiis & concionibus, omniq; consortio hominum in foro, compitis, in communi vita & conversatione excluduntur homines ni, qui alicui peste laboranti adsunt, aut ædes insectas datâ occasione necessario pietatis aut amicitiae officio frequentant; præterea quum ni omnes una cum ægris istius familie domibus undiq; arctissime oculis includuntur &c. Hancq; crudelitatem probat ex Jesaia LVIII. 7. qq. Psalm. XLI. 1. seqq. Jac. II. 13. seq. Verum hæc sententia fluit for ex principio prædestinationis absolutæ Calvinistico. Dein loquitur propheta Jes. LVIII. 7. & David Psalm. XLI. 1. Jacobusq; Apostolus II. 3. de non deserendo proximo paupere sine omni auxilio, quod & nos etestamur. Potius si opus habent vitæ sustentatione, cibus potusque orrigatur, si averti Medici Chirurgiq; consilium, ad eos mittatur, iaq; beneficia accipiant à sanis; neq; hic mentio fit: separationem sa- orrum ab ægris esse crudelem aut impiam. Ipseq; *Voëtius* cap. VIII. in espositionibus ad *Objectiones* eorum, qui fugam hoc in casu conce- unt, largitur ad Obj. 1. Neminem se debere in periculum conjicere mere & absq; necessitate. Hic autem nulla necessitas, ut quis pericu- m adeat. Ad Obj. 4. Se non omnem quorumcunq; & quamcunq; fu- am improbare, saltēm pastorum & similiū, quæ & nostra sententia. d Obj. 5. Domum sicut incendio vastatam relinquimus, ita quoq; pe- e infectam. Ad Obj. 8. ab omni officio immediate succurrenti ægro- illis absolvi eos, si modo precibus ap. Deum, & consiliis ac donis per iōs ipfis non desint, aut confanguinei id non faciant. Immo cap. IX. uæst. 9. satis durum ipsi videtur, & satis imperiosa ratio ad obviandum ommuni damno: posse legislatorem legem ferre obligantem aliquos iam cum patenti vitæ periculo.

Tandem *Aliorum quorundam* adhuc examinabimus pondera, qui- *Objectiones Aliorū.*  
us contrariam propugnant sententiam. 1. Desumptum est à fato Stoico nō riendiq; statuto tempore, quod nullis mediis humanis, nulla solli- citudine & ordinatione evitari possit, quod sibi quoq; persuasum habent mnes Belgæ vi suæ prædestinationis Calvinisticæ, quiq; religione Mu- ammetismo adstricti. *Schweigger.* Reißbeschr. nach Constantinopel und

und *Jerusalem*. lib. II. c. 59. fin. Refertq; *D. Dannh.* Laet. Catech. P. II. p. 13. de Franc. Xaverio Jesuita, qui in Japonia quotidie vehementia veneni multis morientibus, nullis antidotis & medicamentis se munivit totus Dei auxilio confidens, sed subjungit B. Vir elegans judicium: *Das soll in den Päbtl. zehn Geboten eine grosse Heiligkeit seyn; in unsfern zehn Geboten ist es eine Tentation und Versuchung Gottes.* Ei absurditas hujus sententiae satis jam à Philosophis & Nostratibus Theologis demonstrata; addimus hoc tantum. Experientiam sane plurimis exemplis probasse, mortis faucibus eos exemptos, qui à pericolosis se subtraxere locis, eosq; morti se tradidisse, qui pericula amarunt. Si inquis hunc rerum cursum tamen in fatis eorum fuisse. Ergo qui se periculis exponit sine causa, in iisdem non peribit, juxta proverbium? qui se objicit incendio, aut in medias aquas conjicit, semper salvus evadet? An igitur Deus semper indulget huic temeritati eorum, qui impudenter & impiè omnia à naturæ lege præscripta salutis media rejiciunt, ut non aliquid hujus mediorum contemptus poenas fuant? Ergo omnis prudencia Medicamentorumq; efficacia irrita & nulla, quâ præsens alias sanitas conservatur, & amissa recuperatur? contra *Syrac.* XXXVIII. 12. 13. Ergo in bello nulla tormenta aliaq; instrumenta bellica metuenda? Vide etiam quæ *D. Dannh.* habet Theol. Conscient. P. II. Dialog. 3. quæst. 16. p. 759. ad argumenta Tertulliani de fuga in persecutione.

2. Objiciunt: Neminem posse Dominio privatæ rei privari, adeoq; nec includi. Concedimus & nos, nisi publica anteferenda non nunquam privatis, quæ urgente necessitate acquirunt jus in privati personam & res, quod supra ex Dominio Eminentii probavimus.

*Conclusio.* In hisce nunc pedem nostræ tractationis figimus. Quod si vero B. L. desiderio Tuo minus satisfecimus, probata tamen tua humanitas condonabit ea ætati nostræ, thematisq; difficultati, dum propriâ industria illud ex circumstantiis eruere debuimus. Nec mirum quoques à via nonnunquam aberravimus, temporis enim ratio nos festinare jussit, librorumq; sæpe nos defectus multum impedivit, ut ea nostro ingenio fuerint judicanda, quæ certior doctiorq; Autorum ratio nobis alias explicasset. TIBI vero TRINUNE DEUS, qui es sine fine in fine quoq; nostræ Dissertationis pro Gratia nobis præstita

**SIT LAUS, HONOR ET GLORIA ÆTERNA.**